

Yd  
456

B. C. D.  
*INCVNABVLORVM*  
Scholae Annaebergensis

PARTEM ALTERAM

Prima hac Recensione  
*DISCENTIUM*  
auspicaturus,

ad

*Panegyrin Valedictoriam*  
VIRI

CL. & elegantiores litteras docendi laude  
*insignis*,

M. CHRISTOPHORI  
ZIEGENHALSII,

Gelenavio-Annaemontani,  
SEXTI in Lyceo nostro COLLEGAE

munia cum laude

& Patronorum ad plausu deponentis,  
abitu propediem bonis omnibus

ad QVARTI in Lyceo Cruciano, quod Dresdae,  
Electoralni urbe, floret, COLLEGAE vices

feliciter suscipendas

Prid. Id. Jan. A. R. S. CCCLXIV.

Publice in Auditorio Superiori habendam

quam officiosissime fieri potest,

initiat

M. CHRISTIANUS FRIDER. VVILISCH, Liebstadiensis,  
Scholae Annaebergensis Rector.

*Annaemontii exscriptis JOANN. VICTOR. RICHTERVS.*



*Lil. den Herrn Probstnico Joel,  
zum erhf. Preis französc.*



JALKUT SCHIMEON Part I. fol. 16. col. i.

אשריהם הצוריק לא רין שוכן לעצמן אליא שמוון לבנווה  
ASHERIHEM HAZORIK LA RIN SHOCEN LE'ETZMAN ALIA SHMOON LBNOHOT  
*i. e. Beati sunt illi justi, qui non contenti sunt quod pietate sua sibi ipsis pro-sint, sed etiam contendunt filii suis, et posteris suis, usque ad finem omnium generationum prodesse.*

R. Gedaljah in f. 24.

אין ספק שכורך טבעי כל האבות מבקשים שישלמו לבנווה  
AIN SFEK SHBOROK NATURALI KAL HAABVOT MUNKASHIM SHISHLAMO LBNOHOT  
*i. e. Non est dubium, quin naturali inclinatione omnes patres studeant perficere filios suos sibi similes, aut, si fieri potest, meliores.*



Nnus est, ex quo, aliorum industria prouocatus,  
Scholae nostraræ Incunabula penitus excutere, eorum  
que vitas, qui in ea ab V. C. docuerunt, nescio qua  
dexteritate, quoue eruditorum plauis recensere suscepit.  
Quod si vero generosior bellorum Dux milites suos  
quorum virtute hostium saepe deuicit exercitus, non  
sine insigni animi voluptate recordatur; quis est, qui vi-  
tio vertat (parua enim liceat cum magnis hic compo-  
nere,) publicis docendi magistris, si lubentis nonnisi eorum recolant memo-  
riam, quorum ingenia ad pietatem olim et solidioris doctrinae laudem formare sategerunt? Voluope est mihi hic ea meminisse, quae Theologus immor-  
tali adhac nomine beatus, *Augustus Pfeifferus*, in elegantissimo, qui *Antime-  
lancholicus* inscribitur libello (\*) habet: So viel aus deiner Officin gelehrt und  
tapffere Leuthe hier und da in allerhand Ehren- Stellen sißen so viel hastu  
ja Tropaea, Ehren- Pfarten/ Bilder und Säulen. Hinc quid magis sola-  
riet aerumnas publice in Scholis docentium delenire posset, quam in altius  
iuro merito prouecta discentium virtus, qua velut suauissimi et odore et sa-  
pore in hortis bene consitit flosculi mire adolescunt, progerminant, et lae-  
tius ubique in exoptatissimam patriae spem efflorescant. Quare innocuae  
mihi voluptati fore putau, si publica scriptione nunc eos quoque expandere,  
er qua fieri posset breuitate, recensere suscipere, quibus in his Scholae nostraræ  
cunabulis vagire et Musis hic ab V. C. contigit operari.

Equidem Schola nostra non ea, qua R. Abarbanelis, spectatissimi olim apud  
Iudeos doctoris, ad cuius pedes quatuor et viginti discipulorum millia  
subinde sedisse ajunt, aut *Isocratis*, frequentia pariter ac nobilitate discen-  
tium floruit, cuius dominum quæ communem totius Graeciae ludum fuisse, ex-  
que ea tanquam ex equo Trojano inumeros produisse oratores principes, ipse  
Cicero (\*\*) noster testatur. Qua felicitate gauisus etiam est VALENTINUS  
FRID LANDUS, a patria *Troghendorff* L. *Trotschendorff* Lusatiae superioris  
prope *Gorlitzium* pago, dictus TR OCEDORFFIUS, per XXXII. annos Scholae  
Goldbergenis in Silesia Rector sui aeuia laudatissimus, quo doctore (†††) *Aurimon-*

1.1-

(\*) p. 391 (\*\*) III. deOrat. c 35. (†††) conf. Melch' Adami Vit. Phil. f. 77. et Cel  
Hubneras P. VHist. Fr. p. 289. ita: Der erste Rector zu Goldberg war  
der berühmte Valentinus Friedland von Troghendorff welcher nach und nach  
so viel Auditores hatte/ daß man glaubte/wenn alle bensammen wären/ es  
solte eine starke Armee wieder den Türken daraus können formirt werden.

sanam Scholam in tantam surrexisse celebritatem dicunt, ut nemo fere id temporis fuerit in litteratorum censum positus, nisi qui sub Magistri hujus ferula didicisset. Quid? quod et ipse gloriari de se solebat *tantum sē in Schola sua discipulorum habuisse numerum*, ut si cogendi in unum iſi omnes essent, *justum ex iis possent exercitum contra Turcas producere*: nec ullum esse viriae genus, in quo nonnulli ex discipulis suis cum dignitate non vixissent, aliqui etiam, ut affoleret, degeneres malis artibus non perirent. Hinc Scholam ingressus verbis compellas auditores suos *Trocedorius* dicitur: *Salute Nobiles, Confuses, Senatores, Caſarum, Regum, Principum Consiliarii, mercatores item, Artifices atque Opifices.* (\*) *Salute etiam nebulones, Carnifices, Lictores, vosque caeteri, qui futuri eſtiſ, ejusdem furoris homunciones.* Ita scilicet est in Scholis, uti in aliis itidem hominum confortis, ut boni semper malis miscentur. Satis autem gloriae habuit *Trocedorius* a genuinis bonaे mentis filiis, quos magno numero e Schola sua doctiores emisit. Quos inter posthac velut luna inter stellas minores emicuit ipsius discipulus, *exquisitissimum quippe Praeceptoris sui decus*, M. LAURENTIUS LUDOVICUS, Leobergensis, tertius Gymnasi Gorlicensis inde ab a. 1564. Rector, qui cum a. 1590. Gorlici censum ageret Scholasticum, in prima Clase auditores habuit CLXI. in universo coetu DCXVI, inque iis nobiles, e Bohemia potissimum, Sileſia et Polonia, LI. peregrinos CC. teste B. Chriftiano VVeifio in Oratione Seculari de oru et progressu Scholarum per Lusatiam Superiorēm, habita in Jubilao Gymnasi Zittaviensi d. 24 Febr. a. 1686. M. JOSEPHUM CLAUDERUM ab a. 1614 usque ad a. 1633. tanta prudentia et felicitate Gymnasium Altenburgense rexisse, ut et bis mille quin genti eorum fuerint numerati, qui doctrina ipsius uterentur, memoriae prodidit a. 1695. in doctissimo programmate, vir et doctrina et usu rerum Scholasticarum florentissimum, M. Samuel Grosserus, qui eidem quondam Gymnasio, hodie Goerlicensis, praefectus de juventute litteris dicata mereri pergit. De M. JO. AESCHARDO, Baderstebio - Halberstadiensi, primum Quedlinburgensis, post Hallensis Gymnasi Rectore, Decano deinceps Mansfeldensi, et denique a. 1630 Superintendentem Generali Iſlebiensi, praedicat M. Jacob Stoeker in Sermone Funebri ad Pl. CXVI. 7. a. 1643. habito, *dāſ aus ſiner disciplin in die 70. Doctores in allen 3. Facultaten, und über 500. Magistri gekommen / welches er für einen schönen Seegen Gottes gehalten.* Felicior longe fuit, qui Aeschardum post nonnullos Quedlinburgi secutus est M. SAMU-

(\*) quae ita elocutus est B. VVeifio in polit. Fragen in der Vorrede §. XLVI. der alte Trogendorff von Goldberg redete bei seinen Antritt die gegenwärtige Jugend also an: *Gott grüße euch ihr Canzler/ ihr Räthe/ ihr Hoffprediger/ ihr Bürgermeister/ ihr Superintendenten, ihr Doctores ihr Prediger/ ihr Raths-Herren/ ihr Advocaten und dergleichen.*

SAMUEL SCHMIDIUS, *Zittaviensis*, Illustris Quedlei raro admodum exemplo per an. XLVII. Rector, post fata etiam laudatissimus, ex cuius difficultate XVII. Intimi, Auliciorumque ordinum Consiliarii; XII. Antistites; V. Doctores Theologiae; XXXVI. utriusque Juris, XXXII. Medicinae Doctores ac Licentiatii; unus Theologiae, tres Jurium, unus Medicinae, quinque Philosophiae Professores; LXIII. Tribuni, Legati, Centuriones, aliquique militari dignitate eminentes; XIII. Decani ac Canonici; LIX. Consules ac Senatores, XXXIX omnis ordinis Praefecti; XXII. Aulici Principum ministri; CCCXXXVIII. Pastores ac Diaconi; XL. Rectores; CXV. Aduocati; XCIII. Magistri; CV. Praeceptores Scholarum; praeter alios haud paucos, quorum notitia ad B. Schmidum non peruenit, prodiisse dicuntur, quos eadem serie recensuit Cel. Ludivici P. II Schulhist. p. 265 ex funebri programmatae viri doctissimi M. Tobiae Ecardi, qui hodie nomen maxima cum laude Gymnasi *Quedlinburgensis* habendas moderatur. (\*) Sic Hellen's Gymnasium Rectore VALENTINO BERGERO, cuius nomen in Filiorum illustrium celebritate Vitemberge in primis, et quaqua patet eruditus orbis, adhuc floret, adeo frequens fuit, ut a. 1662. ad quingentos discentium numerus excreuerit, teste B. Godofr. Oleario Halyograph. Et Cel. Hubnerus P. IV. hist. Fr. p. 305 de MELCHIORE LAUBANO, primo Gymnasi Reformatorum, quod Briagae in Silesia a. 1614. instaurabatur, Rector, haec resert, et sey so berühmt gewesen/ daß einst auf einmahl 100. Edelkuthe und 12. Barones daselbst studirt. At nostro etiam aeuo, non plane exoleuit haec Scholarum felicitas. Quanta enim *Zittaviensis* Gymnasi celebritas non ita pridem fuit et adhuc est, Rectoribus ad invidiā usque de rei Scholasticae incremento immortali plane nomine meritissimis, B. CHRISTIANO WEISSIO, et quem sine teneorimo doloris sensu vix nominare soleo, B. GODOFREDO HOFFMANNO, de quo in primis diserte in vitae curriculo, quod Praeceptoris suo optimo concinnauit M. Christian Almannus, haec leguntur, er habe in seinen Schulambtern zu Laubent und Sittau/ 1688. Scholaren unter seinen Händen gehabt und introducirt / darunter 1. Graff/ 12. Barons / und 340 Adeliche Söhne. Certe vix angulum esse Germaniae dixerim, quo non latenter viri, quibus hos Rectores, juuentatem docendi dexteritate plane excellentes, audire contigit et admirari. Equidem et nostra in praesens aetas non adeo sterilis est talium virorum, qui illustribus Musarum delubris cum plausu omnium praesident, et in florentissima discentium frequentia Scholaras habent

(\*) conf. Viri Excell. D. Fried. Ernesti Kettneri, Quedlinburg. Superint. et Consili. Quedlinburg Kirchen Hist. p. 244. qui et ipse inter doctissimos Annaebergensis Scholae discipulos suo loco recensendus erit.

habent. Quibus utut nostra Musarum tuguria aequiparari nunquam poterint, dum ii quondam, qui multis annis ante nos hic docuerunt, quos inter honoris causâ nominamus V. Cl. M. Jo. Jacob. Stubelium, nostrae olim hic per integros annos septendecim, hodie illustris Misenensis Scholae Rectorem meritisimum, cuius publica scriptio de *adstigiis in Schola Magistri* (\*) paucitate discentium. 1696, et a. 1694 de *adstigiis in Schola Magistri discipulis praeemature in Academias properantibus prostat*, aliue plures diu multumque cum viro magno, M. Z. Boxhornio (\*\*) conquesti sunt, raro apparere nantes in gurgite vasto.

Nihil ominus tamen non ipsa solum progenuit Annaebergia nostra et educavit viros doctrinae et meritorum in rem litterariam gloria praeclaros, sed sub faustis quoque Scholarum penetralibus optima subinde ingenia ad exornandas artes liberales feliciter enutriti, praesertim cum liberior adhuc ex Bohemia, Moravia, Austria vel ipsa Hungaria, Transylvania in primis, aditus ad Musas nostras pataret. Quorum memoriam post hac, quasi aliud agendo, recolere vel ideo nobis placuit, quo habeant nostrates domestica velut, quae sequantur exempla, et ad imitandum sibi proponant.

Fausto vero omne id fieri videtur, dum primo statim loco neminem hic nominare ex iis, qui in Montibus nostris discendi olim nauarunt operam, alium vix possumus nisi

I. JO. PEEN NERVM, primum post renatam purioris fidei doctrinam Lipstetnium Ecclesiarum Superintendente, cuius mentio facta iam jam nobis fuit *Inscr. Scholae Annaeberg.* p. 17. Hic autem Visseburgi in Bavaria d. 17. Dec. a. 1493. parentibus non magna cum re, sed plenis fidei progenitus, nescio quo fato Annaebergam a. 1499 venit, ubi Musis aliquamdiu studium suum indefessum addixit, adeo, ut et doctissimus Author des Neubestellten Agenten von Hauff aus Fonc. III. p. 958. haec de eo nos edoceat

(\*) ubi ita inter alia: neque id solum affigit animos ac torquet, quod in fructibus curarum, in praemissis omnia tunc intelligent arcta: Sed cumprimit deerritum, quod partur existimat et gaudium, quod hinc malevoli cupiunt, moerorem immittit, ipsas ossium medullas et cor et sisera corrodentem: Et paulo post: labis huiuscem corporis tantum abest, ut in Scholis ipsius antedictis in iis, in universum haeret, ut non nunquam fortunae omni consilio, cura et eruditio potius praefigiae accingandae sint. Nam ut instabilis illa et incerta, ingenium cum Luna mutat, ita lascivus ejus, ut sic dicam, Lunae in modum, Scholae nunc luceulentis augentur accessionibus, nam mulierum prioris incrementi amittendo, immixta rursum incipiunt et confusere, aut si sanctius, magis pie, ac extra Serborum ludum de hoc negotio statuere malimus, Dei ut res omnes mortalism, sic et has versantes arbitrio sapienti, ratione autem a nobis non persequendo, alia deprimitur alia elevatur, Magister alius ornatur, et illustratur, alius neglectus jacet.

(\*\*) Ep. 39. p. . 67.



edoceat: Als Er noch zu Annaberg die Schule besuchte / hat er auch des Nachts bey Menden-Schein seine Lectiones gelernt/ und ist darüber in Gefühlliche Leibes Schwachheit gerahmt/ welche aber dazu gedient/ daß Er nicht in ein Kloster gesteckt worden/ sondern in der Schulen die Jugend zu unterrichten sich gebrauchen lassen. Hinc aetatis anno XXII. primum Salzburghensis, post Reichenballyensis, dein Salfeldensis, post a. 1521. Passauensis Coenobii Diaconus factus, exorta interim doctrinac purioris luce, salutem dixit Papicolis, et Vitembergani profectus, per quadriennium audit Luterum, Melanchthonem et Pomeranum. Inde a. 1527. Sonnenwaldam vocatus Pastor, ait hic a. 1530. ob ingenuam cacheioris doctrinae professionem exul factus, mox Eichenensis in Lipsiensum vicinia, et a. 1532. Belgranae Ecclesiae Pastor constitutus, dictus inde quoque Belgranus. Octennio post a. 1539. Lipsiae Pastor et Superintendens factus, et a. 1543. Theologiae Doctor creatus; moritur ipsis Calend. Jan. a. 1573. calculi doloribus attritus, anno aetatis octogesimo, Ministerii quinquagesimo quinto. Inter fata ipsius memoratu digna refert modo laudatus Auctor: 1.) das die lessing der heil. Schrift und zumahl die Epistel Pauli an die Römer ihm zur Annahmung der Lehre geholffen; 2.) Er seines Glarbens halben bey seinen Zuhörern zu Passau so beliebet worden/ daß sie sich in Beichtstuhl zu Ihm gedrungen und Ihm doppelt Beicht-Geld gegeben/ eines mit seinen Collegen zu theilen/ das andere alleine vor sich zu behalten/ welches aber zu schelen Augen und zur Verleumündung Anlaß gegeben/ als wäre seine Lehre irrig und Keizerlich; 3.) daß Er a. 1523. seiner Lehre halben in Verdacht gekommen und als ein Keizer abgestraft werden sollen/ seine Zuhörer aber Ihm gebeten/ sein Leben mit der Flucht zu retten. Zudem Ende sie Ihm auch ein Pferd geschicket und mit grossen betrübn's von Passau abgefertiget.

conf. loci fun. habita ec a Laus. Matlio Diacon ad II. JO. NAEVIUS, Chemnicensis, natus a. 1499. Scholae Annaebergensi secundus. Nic. Lyp. griseus videtur cum curriculo definiens a L. Barth. psum a L. Barth.

ueum dedit a. 1516. Rectore M. Simone Behm. Sic in ipsius autographo scriptum reperiisse B. Jenitus in Annal. Mscr. Schol. f. 121. a. adfirmat: eodem anno (nempe 16) ascendi moniem S. Annae, ibique Scholas per sesquiannum inuisi sub M. Simone. Hospitatus fui apud D. Dicknicheln. Id quod neminem eorum, qui vitam ejus delinearunt, adnotasse memini. Medicus felicis et post redditum ex Italia primum Annaebergae, post in Valle Joachimica, tandem Dresdae Physicus et Mauriti atque Augusli, Elect. Sax. archiater, mortuus Dresdae aet. 74. a. 1574. d. 7. Jul. postquam ab Imp. Ferdinando I. ob artis suae excellentiam nobilitatis insignia reportauerat. vid Melch Adami. Vit. Med. f. 98.

III. MATTHIAS KLINGEISSEN, e Valle Joachimica Bohemus, stipendia hic

hic meruit sub *Jo. Riuio*, factus postea Phil. et Med. Doctor, et *Annæbergensem Physicus*, ordinarius *Jo. Nævius* in illumrem Aulam Dresdensem vocato a. 1554 successit, lectus postmodum in Senatum a. 1556, et Scholarchæ vices adeptus, de schola nostra et Bibliotheca in primis, quam in ordinem a. 1559 digestis, Catalogo librorum concinnato, eique præfixa ad Senatum epistola elegantissima, optime meritus est.

IV. CASP. NAEVIUS, *Chemnicensis*, JOANNIS frater, Med. Doct. in lucem editus a. 1512 *Riuio*, Rectore ea tempestate Scholæ *Annæbergensis* celeberrimo, discendi hic nauavit operam, Lipsiae dehinc, redux ex Italia factus, medicinam fecit, post *Dresdenae* cum fratre *Joanne Archiatri munus suscepit, at reuocatus Lipsiam*, factus ibi artis Medicæ Professor, mortuus est a. 1579. [prout nos edocuit V. Cl. M. *Dan. Mulleri*, Scholæ *Chemnicensis* cum plausu hodie moderantibus dissertatione de *Doctis quibus in Chemnicibus, extra patriam bene exceptis promotisque a. 1711.* ed.

V. ADAMUS SIBERUS, celebre admodum et immortale inter eruditos nomen. Hic non *Misnia*, uti B. *Quenstedtius* de Patr. Ill p. 223. contendit, aut Chemnitii, (\*) sed *Schoenauia* in *Cygneorum Dioecesi* d. 8. Sept a 1515 lucem adspexit, id quod satis demonstravit Excell. *Menkenius* in Disl. de Graec. et Lat. Litterarum in Misnia Instauratoribus §. 21. Hunc autem Siberum, nostras in primis Scholæ studiorum incunabula debuisse, prolixius testatur G. Fabricius, post hunc statim nominandus, in vita *Jo. Riuii* (\*\*), ita in quiens : *in illa urbe (scil Annæbergæ) quæ illius fuit in iustitia et sedulitas, quæ tolerancia laborum, ipse testis esse possum, et mecum viri eruditissimi, Adamus Siberus et Jobus Magdeburgus, qui eodem tempore ejus disciplina etque multis etiam magnisque beneficiis usi sumus.* Ex *Riuii* vero discipulatu *Vitembergam*, post *Lipsiam*, *Joachim. Camerarium* audiendi gratia profectus est, unde ad *Rektoratum* illumbris Scholæ *Grimmenis* suscipiens vocatus, diem obiit anno aet. LXVIII. a. 1583, filio reliquo *Adamo Theodoro Siberu*, *Vitembergæ* postmodum Humanitatis Professor. Plura de eo non addam, cum omnia haec studioſis Historiae litterariae sint πολυθεύλητα et ubiuis obvia. Quare deproferemus statim, qui huc pertinet, ad virum aqui sui doctiss., quem melius de *humanitatis litteris, quam quisquam facile censeat, meritum esse ipse Caspar Barthius* existimat, scilicet

VI. GEORGIUM FABRICIUM, peruulgatum ubique in orbe litterato nomen, quem ne plane hic reticeamus, cum ordo dissentium poscat, sufficiat hic adnotasse, etiam hunc progenuisse *Chemnitium nostrum*, matrem quippe eruditorum

(\*) *ut Koenigius Bibl. V. N. f. 752. vult.*

(\*\*) *conf. Jacunab. nostra Scholæ Annæberg. p. 53.*

ditorum feracissimam a. 1506. et postquam *Riuium* suum hic audiuerat paedagogi munere apud *Orronem Hommelium*, ciuem, defunctus, teste B. *Jeniso* in Annal. Mscr. Schol. f. 155. ad Academias, post in *Italiam* abiit, unde reuersus, primum in Gymnasio *Freybergen* docuit, dehinc Rector illuistris Scholae *Misenensis* constitutus, nunquam intermorituram doctrinae suae gloriam adeptus est, vitaeque finem fecit a. 1571. aet. 57 Nam quid plura? *καὶ τέτο μεν διατεθέντα πατεῖται*. Prolixiora exspectat mecum eruditus orbis a. V. Cl. Jo. *Davide Schrebero*, III. Scholae Misen. Pro-Rector laudatiss. Praeceptore meo optimo, qui vitam *Georgii Fabricii*, si Deus vires largiatur ac vitae, quam meretur, diuturnitatem promisit.

VII. JO. CHENTMANNUS s. *Kentmannus*, natus, *Dresdae* a. 1518. ejusdem *Riuui* auditor perindustrius, *Torgensis* Ciuitatis Physicus et Medicinae Doctor, indefessus rerum naturalium, metallicarum in primis, fossiliisque indagator, et librorum inter alia *de calculis* auctor vulgatiss. Plura de eo habet *Melchior Adami* Vit. Med. f. 55. *Freberi* Theatr. Cl. V. f. 1253. conf. Excell. D. Goetzii gefehpte *Dresdner* p. 87. sq.

VIII. GEORGIUS PYLANDER s. *Thormann*, *Cyneus*, inter *Riuui* discipulos non infimo loco ponendus, Medicus magnae exspectationis, et perlustrata Roma, Neapol, Sicilia, *Mediolani* morbo corruptus, ante diem abiit ad plures a. 1544. vid. *Koenigii* Bibliothec. N. et V. f. 670. et *Melch. Adami* Vit. Med. f. 17. at praec omnibus *Schmidii* Chron. *Cyneum*, et *Albini* Chron. Misn. p. 351.

IX. JSAACUS SCHALLERUS, *Bucholdinus*, Scholae primum *Annaebergensis* Con-R. post Med. Doctor et Archiater *Augusti Elect. Sax.* factus, *Dresdae* obiit. Plura de eo expiscari non potui, vid. *Incunab.* Sch. A-p. 201.

X. PAULUS VOGELIUS, quem Rectore *Leob. Badebornio* hic didicisse, non ex Albo solum Scholastico innescit, sed *Christoph. Schellenbergius*, *Annaebergensis*, testatur etiam in oda nuptiali ad D. *Paulum Vogelium* ita:

*Te mea prima eius mibi patria junxit ab annis,  
Perficit adhuc in te tunc bene coepitus amor.  
Tunc primum calami, pubis rufis arma, librique  
Sub tyrocinio sunt mibi sumta pari.*

At quis aut qualis hic idem fuerit, non liquido constat.

XI. GEORGIUS et BALTHASAR SCHUMANNI, *Mittweidenses* ad Ferri fodinas, Rectore *Jo. Schrauffio* a. 1551. et 1557. Musis nostris montanis operam dederunt, quorum ille postmodum etiam Scholae hujus Collega Tertius a. 1576. et a. 1571. Con-Rector, obiit a. 1585. de quo plura *Incunab.* Sch. *Annaebergensis* p. 105.

*Sor. plan. fuit frater  
Korinfius Quintus  
Schola Korinfi. Re  
ctor post. Preceptor  
rector. Christian. I.*

XII. *Finalis Confessarius*  
*aulæ Saxon. Canonicus*

*Chronicon Port. P. II. p. 166. Hersberg.  
Alius dñs. Paul. Vogel fuit Pastor Altershoff*

XII. SAMUEL PVFFENDOERFFER, natus d. 24. Octóbr. a. 1581. Grossolbersdorff in Misnia, patre Joanne Puffind. Pastore ejusdem Ecclesiae, matre, Anna W. Birckneri, Pastoris Kalenbergenſis filia, domestica imbutus institutione a. 1594. Mariaebergenſem, a. 1596. Altenburgensem, et a. 1597. Annaebergenſem per quadriennium frequentauit Scholam. Inde Francofurtum ad Viadrum a. 1601, et 1602. Schneebergam, tandem a. 1604. Lipsiam studiorum causa se contulit, factus deinceps Nobiliss. Juuentutis à Stangen, Drebaci formator, a. 1608 d. 21. sept. matrimonium initum cum Maria, Burchardi Rudolphi, cuius Lichtensteiniſis filia, ex qua filium unicum suscepit, inter cunas adhuc et fascias denatum. Hinc a. 1612. Scheibenbergenſis, post a. 1615. Ebrenfriedersdorffensis et a. 1623. Eubenbockenſis Ecclesiae Pastor constitutus, quinque Ephoros viuendo superauit mortuus a. 1638. d. 20 Nov. aetat. 57.

XIII. CHRITSOPH. HROBSCHIZKY a Hrobschiz / auff Ottischenhau / Dobritſchen / &c. nec non

XIV. BOHUSLAUS HROBSCHIZKY Hrobschiz / auff Eltzheu / Seltz / &c.

Nobiles Bohemia. 1590. R. Paulo Jenisio, cives fuerunt Scholae Annaebergenſis. Sic enim M. Jo. Schreiterus, Annaebergenſis, Patriae Eccles. id temporis Archi Diac. Encoenia sua Metallica a. 1615, ipsis dedicaturus, scribit p. 308. Solcher berg-Gleichniſen werden ſich E. E. G. zu erinnern wissen daß ſie derselben aus Gottes Wort vor daffen gehöret als dieſelben nunmehr vor 25. Jahren bey der Schulen auff St. Annaberg in rechter Ottfeligkeit guten künften und Sprachen neben mir ſind unterwiesen worden.

Alius Joannes et Zadislaus Hrobschizky a Hrobschitz e Kolschowitz, fratres e Bohemia nobiles, ad a. 1586. in Albo nostro Scholaſtico nominantur, ut et alii plures Bohemorum filii, Elias et Christopherus Mylitz ex Valle Joachimica, Wencesl. Proſouſky, Pragenus, Sigismundus et Ladislaus Myſlick, Prageni, Wolfgangus Ditericus et Christopherus Vitztumb, Cloeſterlein, Martinus Hebenſtreit, Pragenus, Wilhelmus, Joannes, et Sigismundus Rabenbeut, nobiles Bojemi; Jo. Radesky, nobilis Bojenus; Jacob. Pramer, Vienna-Austriacus, Cajpar et Georg. Beluici a Noſtuitz, equites Bojemi; Jo. et Nicol. a Gersdorff, nobiles Bojemi; Baltazar Wolff de Wollffdorff, Pragenus: at quid plura? cum praeter nomina vix nobis ſit, quod de eis hic dicamus, noſtris etiā proh dolor! cum Bojemorum muſis nullum amplius intercedat Commerciū. Quare dicendum nunc duntaxat eſt, cuius cauſa haec ſcriptio ſucepta a nobis fuerit. Quippe Cl. ZIEGENHALSIUS, Collega noſtri adhuc amantissimus deque pube urbis noſtræ optime meritus, ipsam hanc Scholam, hancque ipsam urbem, benignissimam ſtudiorum ſuorum nutricem expertus eſt, inque ea Scho-

Schola, in qua publice docendi spartam, praeteromnem spem suam et opinio-  
nem aliquando sustineret, discendi elegantiores litteras initium fecisse grata  
mente agnoscit. Nam primo vere anni post reparatam Salutem a. 1695. albo  
nostro Scholastico inscriptus, ~~h~~ simulque in Alumnorum numerum cooptatus  
est, Rectore supra jam laudato, Cl. Stabelio, quem cum fidissimum hic, uti  
ego in alma *Misenensis* Afra, matre mea charissima, ducem studiorum et  
Praeceptorem natus esset dexterissimum, ex uoto in cursu Scholastico eo per-  
rexit, ut post integrum ferme sexennum, Rectore, nec hic quoque sine  
laude nominando V. Cl. M. Jo. Gid. Gellio, quem ultra annum adhuc ma-  
ximo cum studiorum emolumento se audiisse gloriatur, filii nomini numero  
a Viro optimo habitus, praemissa de *Prouidentia Dei circa literas* oratione,  
ultimum his Musis dixerit vale, et publico vitae morumque testimonio a  
GELLIO suo dimitteretur: Inde *Lipsiam* abiit, ibique inter suaissimos Mu-  
sarum amplexus eas in primis excolendas sibi sumisit litteras, quae ab hu-  
manitate nominantur. Cum etiam se Scholis natum et ad Romanam in  
primis, qua aliis aliquando antecelleret, colendam eloquentiam, vel ex  
Graecorum etiam ad *Ciceronis* plane exemplum, *Demoſtene*, *Aeschine*,  
*Iſocrate*, aliisque oratoribus suo loco hauriendam, factum a natura esse prae-  
senteret, ab amplis Senatu nostro ea, qua poterat, modestia a. 1711. petebat,  
ut vacuum, quem fecerat B. *Emmerlingii* mors, inter publicos docendi Magistros  
locum sibi adsignaret. Quem cum etiam per triennium ea, qua potuit, fide et  
dexteritate ornare, pietatis litterarumque rudimenta solide inculcando, suam  
Patronis et ingenuis litterarum aestimatoribus probare industriam fategisset,  
singularis plane, quam a pueris inde omni pietate veneratus est, DEI circa lit-  
teras carumque cultores prouidentia, mitioribus fortunas vicibus dignum eum  
judicauit. Sorte enim proflus diuina fatoque plane mirabili factum est, ut ami-  
corum instinctu quartum in Collegio Sholastico locum ab excellentissimis Lycei,  
quod D. *Cruci* in Electorali Saxoniarum urbe sacrum est, Patronis Musarumque  
mansuetiorum statoribus prudentissimis ea, qua par erat, obseruantia peteret, pe-  
titumque praeter omnium spem et expectationem, ex animi sententia, publice  
coram arbitris sapientissimis docendi dexteritate ostensa, sine omni remora forti-  
retur. Antea vero quam ad sua recens demandata munia nunc deproperaret,  
iniquum plane censuit et piaculo dignum, insalutatis discedere suis Patronis, quos  
hic veneratus est, quosque DEI auspiciis primos salutis suae Auctores habuit, ~~et~~  
optime sibi suisque studiis nunquam non cupientes. Quare salutem his atque Co-  
legis suis, discipulisque sui desiderantissimis dicere crastino die post finitam  
sacra, de recta Grammaticam docendi ratione praefatus, sui, quod posthac  
ordi-


Ya 456 Bk X333 M 20  
VOL 18  
ordicitur, officii memor, decreuit. Quae omnia ut bonis omnibus rituque  
majorum confident, aliquot bonae indolis juvenes, discedentem pri  
votis piisque precibus comitabuntur, dicturi antea

JO. CHRISTOPH. DRECHSEL, Drebaco - Montanus;  
de fatis Grammaticorum.

DANIEL FRIDER. KOEHLER, Koetschenbroda - Misn,  
de Grammaticis Latinae Linguae.

GOTTLIEB HAÄSE, Drebaco - Montanus, de Gram-  
maticis Graecae linguae, et denique

CHRISTOPH. ADAM WEISSE, Gelenauio - Montanus,  
de arte Veterum Grammaticis, quigenuinum suum  
Praeceptorem Dresdnam secuturus, nobis simus ultimum adcla-  
mabit vale! Quibus omnibus, discedenti in primis ZIEGEN-  
HALSIO vestro, vestri memoriam sancte seruaturo, ut audiens  
di benevolentiam ad breve tempus exhibeat, vos, Patroni o-  
minum ordinum honoratiss. breui interposita ob arctiora, quae  
suppetunt, chartarum spatia omnium officiorum sponspione,  
rogo et obtestor. Tu vero, Cl. ZIEGENHALSI, abi ad ea, quae  
tuenda tibi in posterum sunt munia, et supera, quam de Te tan-  
ti litterarum judices conceperunt, exspectationem, mihi vero in-  
tegrum serua amorem et perennem. P. P. III. Id. Jan. A. R. O.  
CCXIV.




b. 103, 24

Yα  
456

B. C. D,  
*INCVNABVLORVM*

B.I.G.



Annaebergensis

M ALTERAM

hac Recensione

CENTIUM

picaturus,

ad

*Valedictoriam*

VIRI

es litteras docendi laude  
in signis,

STOPHORI  
ENHALSII,

o Annaemontani,

o nostro COLLEGAE

a cum laude

n ad plausu deponentis,

pediem bonis omnibus

ceo Cruciano, quod Dresdae,

loret, COLLEGAE vices

iter fuscipendas

m, A. R. S. ccccxxiv.

rio Superiori habendam

issime fieri potest,

inuitat

ER. VVILISCH, Liebstadiensis,

annaeburgensis Rector.

fit JOANN. VICTOR. RICHTERVS.

THECA  
WIANA

G. I. dem Herrn Prokuratoris Joel,  
zum ersten Mal gebraucht.

